

Compendio III Bulla C. C. C.  
1408.

$\frac{1}{5.72}$

H\* 9205

XV. F. 528

**I**nnoCentius epūs seruus seruoꝝ dei  
 futuꝛā rei mēmoꝛiā Catholice fidei defensionē et animarū salutē supꝛemis  
 desiderātes affectibꝫ ad ea libenter intendimus per q̄ p̄fidissimoz Turcoꝝ  
 crudelissimoz eiuꝛdē fidei hostiū nephanda cōprimā iniquitas/et eoz se/  
 ra et furiosa dñandi libido cōpescat. Et vt christifideles ad oportunū hu/  
 iusmodi defensionis auxiliū eo seruētius animent/quo maius ex hoc sua/  
 rum animarū comodū se sperauerint adepturos/nonnunqꝫ p̄ tpalibꝫ sus/  
 fragijs que cōtulerint spūalia eis munera Indulgēcias videlicꝫ et remis/  
 siones elargimur. Sane cōsiderātes et aīo se penumero post nostrā ad sum/  
 mi aplatus apicē assumptionē reuoluētes/et et quātas p̄fidissimi Turki  
 eiuꝛdē fidei immanissimi hostes/populis xpianis ac dei cultozibꝫ cꝛuentissi/  
 mas et pene innumerabiles strages iacturas ⁊ dāna supꝛioribꝫ tꝛibꝫ (p̄ch/  
 doloꝝ) intulissent/et indies q̄si nondū eoz rabies in sanguine xpiano satis  
 debachata foret/magis atqꝫ magis tā terra q̄ mari inferre nō cessarent/et  
 nisi breui puideret vti similiter formidandū esse/ne maximā reipublice  
 xpiane partē eius q̄ nobis sup̄est/sue spurcissime secte subijcerēt/et de leto  
 euāgelio (qđ deus auertat) Naumeth) eā sectā vbiqꝫ gentiū inererēt/te/  
 creueramus et omnino p̄posueramus fauēte altissimo cōtra ipos perfidos  
 Turcos magnā parare expeditionē/et amplius suos impetus nō expecta/  
 re. et ad hoc cum ad tantā rei molē perferendā Romān. ecclesie nō suppete/  
 rent facultates/catholicozū p̄incipū et alioꝝ christifidelīū de quozū cōmu/  
 ni causa etiā agitur/oportuna subsidia exquirere. vt eozū auxilio fortiores  
 et potentiores effecti/iniurias christo nostro et eis q̄ christiani sunt illatas  
 vlcisci possemus. Sed cum nōnulli Romān. ecclesie hostes/erecta ceruice  
 tunc in nos et eandē ecclesiā insurrexissent. et maxima damna eiuꝛdē ecclesie  
 terris/etiam vsqꝫ ad menia alme vrbis in qua etiā tunc cū nostra Lu/  
 ria residebamus. put resideamus/magno impetu irruentes intulissent: ne/  
 cesse fuit h̄mōi sanctū p̄positū nostrū p̄ tuitione libertatis ecclesiastice. et  
 terrarū eiuꝛdē Romān. ecclesie p̄seruatōe diuertere. et magnū parare exer/  
 citū. ad p̄seruandū nedū vrbē ipam et alias eiuꝛdē Romān. ecclesie terras:  
 sed h̄mōi hostes p̄pulsandū. Et cū tandē vrbē et alias terras p̄dictas nō si/  
 ne maximis periculis latozibꝫ et impēsis/a tantis malis liberauissemus. vel  
 lem usqꝫ h̄mōi p̄positū nostrū p̄sequi. insurrexit quidā alius iniquitatis fili/  
 subditus noster qui ciuitatē nostrā Auximān. terrā quidē in puincia Mar/  
 chie nostre Anconitan. munitissimā et fortissimā alioꝝ maiorum suasu oc/  
 cupauit. Et qꝫ ip̄e subditus noster in sua rebellione indies magis perseue/  
 rabat. et maxima dāna p̄tinue alijs terris nostris cōuicinis inferebat ne/  
 cesse fuit de nouo/vt Ciuitatē p̄dictā recuperare possemus. eo maxime qđ  
 iste Turcos in dictā ciuitate in introducere volebat. et in horas eos expecta/  
 bat/aliū parare exercitū. vt anteqꝫ ipi perfidi Turki dictā ciuitatē occupa/  
 rent. illam recuperamus: put tandē diuina fauente clemētia vi armorū se/  
 cimus. Et deinde ciuitate ipa recuperata. necesse p̄iter fuit. nedum illam:  
 sed alia Ciuitates terras atqꝫ loca m̄ari finitima munire et reparare. vt ab  
 hostibus et p̄sertim ipis perfidis Turcis: qui se penumero dictā puinciam  
 Marchie inuadere tentarunt: p̄seruare possemus. Pro quibꝫ quidē oibus  
 peragendis tot et tātas impēlas subire coacti sumus. et indies etiam cogis

1  
5,72



mur. ut necesse fuerit et sit omnino ab alijs christifidelibus oportuna subsidia requirere. Et ideo decreuimus diuersos nuncios. personas quidem graues et conscientie timorate ad diuersa regna dominia. puincias atq; terras christianorum destinare. ut declaratis huiusmodi necessitatibus. et nostro tam sancto et pio proposito eos ad huiusmodi prestanda subsidia. cum de communi omnium christifidelium utilitate et necessitate agat. inducere possint. nosq; habitis subsidijs huiusmodi. et composita pace inter catholicos principes inter se confidentes. ad huiusmodi sanctam expeditionem una cum eis intendere valeamus. Et ut id facilius facere possimus. curauimus omni studio et diligentia fratrem tyranni Turcorum. ad quem dominium illud pertinet. et qui ab illo de dominio expulsus fuit et ab eo plurimum timetur. cum a populis illis valde diligatur in potestate nostra. ad quod etiam non parua fuit opus impensa. recuperare. Is enim multa nobis recuperatione terrarum et dominiorum christianorum per eius patrem occupatorum pollicetur. si sibi una cum alijs principibus christianis subsidium contra ipsum fratrem suum prestare velimus. In qua re non parua salus reipublice christiane. viz recuperationis rerum iam ab ipsis perfidia Turcis occupatarum pendere videtur. Confidentes igitur de fide pietate et integritate dilecti filij magistri Raymundi peraudi Archidiaconi Alnisien. in ecclesia sancto. in theologia magistri Notarij et Referendarij nostri domestici quem iam dudum in magnis et arduis comprobauimus. eum unum et nuncijs predictis. Nuncium Commissarium et Oratorem nostrum durimus eligendum. ac ad charissimos in christo filios nostros Fridericum Imperatorem. et Maximilianum Romanorum. ac etiam Dacie reges. Vermaniam. nonnullas alia regna. puincias ciuitates terras atq; loca destinandum. et ad effectum huiusmodi diuersas sibi dedimus commissiones. ac etiam christifidelibus ad huiusmodi sanctum et necessarium opus manus porrigentibus adiutrices concessimus plenissimas indulgentias et peccatorum remissiones. cum diuersis gratijs et facultatibus. super hoc ipsi Archidiacono et deputandis seu subdelegandis ab eo datis. prout in alijs nostris inde confectis litteris. quarum tenores ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur. haberi volumus. per sufficienter expressis et insertis. plenius continetur. Ut autem indulgentie et littere predictae illis fide et deuotione quibus decet et expedit. per tanta rei necessitate. publicentur. et fraudibus ac obstaculis et impedimentis quibusuis occurratur. nec scandala aliqua committantur. ac obuentiones et elemosyne que illarum occasione largiuntur. fideliter obseruentur. et non distrahantur. debite. prouidere volentes motu proprio. non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam. sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia. volumus statuimus et ordinamus. quod ad publicationem litterarum et indulgentiarum huiusmodi per prefatum Archidiaconum ac Commissarios deputandos ab eo seu surrogandos ab ipsis Commissarijs nullus. etiam cuiuscumque dignitatis fuerit admittatur. nisi prius et ante omnia se in forma camere meliori obligauerit. quod fideliter et accurate honorem et utilitatem sancte sedis apostolice et animarum salutem procurabit. et quod nullatenus contra voluntatem nostram ac statuta et ordinationes circa id predictum Archidiaconum facienda. pecunias aliquas recipiet. et quod omnes Commissarij ab ipso

Archidiacono deputandi. et alij ab eis surrogandi. et similiter penitentiarij siue confessores vigore dictarum indulgentiarum et facultatum ordinandi ante quod officium eorum exercere incipiant. fidelitatis debite etiam iuxta ipsius Archidiaconi ordinationem prestare teneantur. et quod nullus cuiuscumque ordinis religiosus ad publicationem indulgentiarum et facultatum huiusmodi. ac confessiones audiendas et ad alia dictarum facultatum vigore facienda admittatur nisi prius confiteri quod vagabundus non sit. et quod suo superiori obediens existat sintque persone ad huiusmodi peragenda deputande. omnes viri ecclesiastici timorate conscientie. vite laudabilis. ac bone et honeste fame. et laicus aliquis in premissis nullatenus se intromittere valeat. quodque nullus Commissarius ab ipso Archidiacono deputandus seu a suis commissarijs surrogandis sub priuationis omnium suorum beneficiorum que obtinet et tunc obtinebit. ac inhabilitationis ad alia impofterum obtinenda pena. quam eo ipso si contra fecerit absque alia declaratione incurrat. pecunias ex huiusmodi indulgentijs et facultatibus prouenientes. nisi in presentia duorum Notariorum publicorum et quatuor testium fidedignorum ex capis in quibus ille erunt collocare. extrahere et ad manus suas recipere presumat. fiatque de hoc publicum Instrumentum. quod per dictos Commissarios eidem Archidiacono tradatur et assignetur. possitque libere dictus Archidiaconus contra quoscumque detinentes huiusmodi pecunias. etiam usque ad sententiam diffinitiuam. et priuationem omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum. que ut presertim obtinent. et tunc obtinebunt. etiam ad inhabilitationem ad alia impofterum obtinenda. tam pro preterito quam futuro tempore. et etiam excommunicationis aliasque sententias censuras et penas ecclesiasticas. de quibus sibi videbitur expedire. procedere. ac etiam loca quecumque ad que huiusmodi detentores declinare contigerit ecclesiastico supponere interdictum. tamdiu firmiter obseruando. donec illi ibidem fuerint. et per triduum post eorum inde discessum nemo quotiens opus fuerit. auxilium brachij secularis inuocare. ac modo premissis etiam contra quoscumque religiosos. etiam ordinum mendicantium et non mendicantium. exemptos et non exemptos. procedere. possintque prout ipse Archidiaconus ac Commissarij et surrogandi predicti religiosi huiusmodi etiam Provinciales Ministros Vicarios Guardianos Priores Subprieores Magistros Licentiatos Baccalarios in theologia Pastores Vicepastores et alios ecclesiasticos viros conscientie timorate. quos ad id idoneos et aptos esse cognouerint ad verbum dei predicandum. ac facultates et indulgentias predictas publicandum. et christifidelium confessiones audiendum totiens quotiens visum fuerit expedire. sub eisdem penis committere. nullusque per publicationem dictarum indulgentiarum aliquid erigere possit. nisi quod gratis duntaxat pro stipendijs laboribus et expensis. eis per Archidiaconum ac commissarios et surrogandos predictos fuerit oblatum. quodque etiam nullus quacumque dignitate predictus ad premissa deputandus. per laboribus suis aliquid ultra petere et erigere possit. quam faceret si alicui prebato ecclesiastico. aut domino temporali seruiret. quandoquidem non licet. pro re tam pia tanquam necessaria plus petere quam per alios laboribus eorum minus utilibus et necessarijs. Contrafacientes vero excommunicationis sententiam a qua non nisi a Romano pontifice et dicto Archidiacono et debita satisfactione



premissa. preterquam mortis articulo constitutus absolui possit eo ipso incurrat  
Possint quoque dictus Archidiaconus et ab eo deputandi quoscumque viros eccle-  
siasticos etiam Prelatos sub similibus penis de quibus supra expressum  
est ad seruendum in premissis. recepta tamen competentem mercedem reiectis  
etiam quibusuis appellationibus per eos forsitan pro tempore interponendis/  
quas friuolas et inanes reputamus. compellere. ac quibuscumque iudicibus etiam  
per nos et sedem predictam deputandis. etiam sub censuris inhibere. ne de cau-  
sis appellationum huiusmodi. quas ex nunc prout ex tunc. et e converso ad nos ad-  
uocamus. et lites desuper extinguimus. eisque super illis perpetuum silentium  
imponimus. cognoscere presumat. Et quod aliqui ecclesiastici viri sub eo pre-  
terito quod licentiam ab eorum superioribus obtinere non possent. ac eorum beneficiis  
deseruire tenerentur. si forsitan excusarent. possint Archidiaconus et commissarij  
predicti etiam sub censuris quibuscumque Prelatis et superioribus man-  
dare. ut nemini licentiam huiusmodi debeant denegare. et si denegauerint. eos quo-  
tiens expedierit declarare. ac omnibus ecclesiasticis que huiusmodi pro operi seruiet.  
petita prius ab eorum superioribus licet non obtenta licentia. ut quod diu huiusmodi pro  
operi seruiet. fructus redditus et puenus omnium et singulorum beneficiorum  
ecclesiasticorum cum cura et sine cura. que tunc obtinebunt etiam si canonica  
tus et prebende dignitates personatus administrationes vel officia in Cather-  
dralibus etiam Metropolitanis. post Pontificales. maiores. aut in collegia-  
tis ecclesiis huiusmodi principales fuerint. et ad dignitates personatus ad-  
ministrationes vel officia huiusmodi consueuerint qui per electionem assumunt.  
eisque cura imminet animarum cum ea integritate. etiam quotidianas distribu-  
tiones percipere et leuare. cum qua eos perciperent si in dictis ecclesiis person-  
aliter residerent. et ad residendum interim in eisdem minime teneantur.  
nec ad id a quocumque inuicem compelli possint. indulgere. ac quoscumque compellere ad  
respondendum eis de fructibus redditibus et puenibus huiusmodi per censuras  
ecclesiasticas. appellatione remota. Impedientes vero prelatos et alias per-  
sonas huiusmodi ne dicto operi possint inferuire. ultra alias penas. etiam  
excommunicationis sententiam a qua non nisi modo premissa absolui possint in-  
currant. possit etiam prefatus Archidiaconus contra quoscumque tam ecclesiasticos  
quam seculares etiam si Patriarchali Archiepiscopali Episcopali Regali Reginali  
Ducali vel alia quauis ecclesiastica aut mundana prefulgeat dignitate pu-  
blicationem indulgentiarum et facultatum huiusmodi quouis modo directe vel  
indirecte impediens. et illas non admittentes. ac christifideles ab huiusmodi  
pro opere et proposito contribuendi retrahentes. ac sedis predictae auctoritati  
dignitati et honori detractantes et murmurantes. ac Archidiacono Commissarijs  
et surrogandis predictis in personis aut bonis iniurias atque damna  
inferentes. modo et forma premissis et sub similibus penis de quibus supra  
expressum fuit. et alijs de quibus expedire videbitur. pcedere. qui etiam non  
possint ab illis absolui nisi a Romano pontifice. et debita satisfactione pre-  
missa. Et quoniam (sicut accepimus) nonnulli magistri fabricarum ecclesiarum.  
in quibus colliguntur oblationes. que ex indulgentijs et facultatibus huiusmodi  
obueniunt. recusant indulgentias huiusmodi admittere nisi premissa oblationum  
earundem recipiant. possint Archidiaconus et commissarij ac surrogandi predicti

prefatis magistris sub excommunicationis et quorumcumque indultorum et pri-  
uilegiorum apostolicorum eis et fabricis predictis concessorum priuationis  
late sententie penis mandare. ut se in admissione indulgentiarum et facult-  
atum huiusmodi in dictis ecclesijs promptos et fauorabiles velint exhibe-  
re. quotiens super hoc fuerint requisiti. nec aliquid recipere et retinere pre-  
sumant. etiam sponte oblatum nisi se gratos et fauorabiles prius exhibue-  
rint cum effectu. Et tunc Archidiaconus ac commissarij et surrogandi predicti  
pro fabrica ecclesie quod eis videbitur dimittere ac indulgentias et facult-  
ates predictas quorumcumque prelatorum et aliorum superiorum licentia sus-  
per hoc minime requisita. in quibusuis ecclesijs atque locis libere possint pu-  
blicare. ac dicta durante publicatione omnes alias indulgentias etiam ple-  
narias et quibuscumque causis quantumcumque urgentibus et cum quibus-  
uis clausulis etiam derogatorijs et talibus quod ille nul-  
latenus suspendi possint. quibuscumque ecclesijs Monasterijs Hospitalibus  
Prijs locis Uniuersitatibus Confratrijs. et singularibus personis perpe-  
tuas vel temporales in vita vel mortis articulo concessas ad effectum huius-  
iusmodi quotiens opus fuerit. suspendere. prout nos ex nunc sicut  
ex tunc et e converso suspendimus et suspensas esse volumus. quod etiam dic-  
tus Archidiaconus possit quecumque statuta et ordinationes laudabilia et  
honestas sacris Canonibus non contraria. concernentia huiusmodi pro opus  
ac solennitatem obseruandam in publicatione indulgentiarum et facultatum  
huiusmodi. siue in hymnis et canticis. ac laudibus singulis diebus decan-  
tandis ante Crucem saluatoris domini nostri Iesu christi. siue in processio-  
nibus faciendis. ac campanarum et organorum pulsationibus. et confessorijs  
siue penitentijs ordinandis et locis eis assignandis et deputandis  
concedere. que non minorem obtineant roboris firmitatem quam si a nobis  
edita fuissent. et que omnes christifideles sub penis supradictis firmiter  
obseruare teneantur. ac si de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent.  
Teneantur quoque omnes et singuli Commissarij et surrogandi predicti sub quibus-  
cumque penis. etiam pecuniarijs per dictum Archidiaconum imponen-  
dis coram eo vbiicumque. quotiens sibi placuerit. expensis tamen dicte Ca-  
mere apostolice comparere. et ei in singulis obedire. Ipse quoque Archidiaconus  
quoscumque deputandos et surrogandos predictos statuta et ordinationes hu-  
iusmodi non obseruantes capere. et tam diu retinere donec honori et digni-  
tati eiusdem sedis satisfecerint. ac ipse Archidiaconus aliter duxerit ordi-  
nandum. Qui etiam possit omnium et singulorum qui priuationis benefi-  
ciorum suorum penam incurrerint ex causis supradictis. beneficia per pri-  
uationem huiusmodi vacantia. cuiuscumque qualitatis et dignitatis. etiam  
si ex quacumque causa dispositioni apostolice specialiter vel generaliter forent  
reseruata. libere quibuscumque personis etiam quecumque quocumque et qual-  
iacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura obtinentibus et expe-  
ctantibus conferre. et de illis etiam providere. et ad premissa prosequen-  
dum vnum vel plures procuratores seu procuratores fiscales. qui procura-  
tores Camere apostolice nuncupentur. deputare. quod ab ipso Archidia-  
coni sententijs pro tempore latis nullatenus liceat appellare. quia sub

pretextu appellationū hūmōi multa mala et damna huic pio operi possent euenire/et generaliter omnia alia et singula in premisis et circa ea necessaria quomodolibet et oportuna facere et exequi. Ratum et gratum habituri censuras et penas. quas prefati Archidiaconus et commissarij seu subdelegandi ab eis statuerint in rebelles/ac facturi illas auctore domino vsq; ad satisfactionem cōdignam inuolabiliter obseruari. necnō quicquid per ipsos Archidiaconum et Commissarios ac subdelegandos ab eis fuerit quomodolibet ordinatum. Et si forsan aliqua dubia ex presentibus et alijs litteris predictis ac clausulis in illis contentis atq; verbis in posterum oarentur. possit etiā dictus Archidiaconus toriens quotiens opus fuerit. per seipm qui de mente et intentione nostra vere informatus existit/illa declarare et interpretari cui super hoc plenam liberam et omnimodā concedimus facultatem. Et quoniā dum hūmōi indulgentie et facultates publicabuntur. decet christifideles ad illas audiendas. vt illas consequi possint totaliter esse attentos. omnes patriarchas et singulos Archiepiscopos Episcopos Abbates Decanos et Capitula Metropolitana. Cathedraliū et collegiatarū ecclesiarum ac temporales dominos/et Ciuitatū Epidorū et aliorū locorum Rectores et gubernatores. hortamur atq; attente rogamus in dño eis nihilominus in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis late sententię pena ipso facto cōtrafaciendo incurrenda. districte precipiendo mandātes/ vt pro eorum in hanc sanctam sedem reuerentia et deuotione. ac tam sancto tanq; laudabili et pernecessario opere omnes et singulos eorum subditos diebus quibus huiusmodi indulgentie et facultates publicabuntur. et etiā terminabuntur. ab omni opere seruili cessare faciant. ac omnia et singula alia que per dictum archidiaconum statuta et ordinata fuerint ad solennitatē premissorum diligenter obseruare et adimplere. Et vt christifideles eo libentius deuotionis causa publicationibus huiusmodi. ac processionibus. verbisq; dei predicationibus et stationibus. quas ante imaginē Crucis christi fieri cōtinget ad populi deuotionem. et huiusmodi sancte Cruciate reuerentiam iuxta dicti Archidiaconi voluntatem et ordinationem interesse habeant. omnibus et singulis vtriusq; seruis christifidelibus penitentibus et cōfessis. qui predicationibus publicationibus processionibus et stationibus huiusmodi interfuerint. quoties interfuerint Centum dies de iniunctis eis penitentibus misericorditer in domino relaxamus. Et quia forsan cōtingere posset qd in locis in quibus dicte indulgentie publicabuntur. quidam se intromittentes de huiusmodi indulgentijs sub commissarijs siue penitentiarij aut alij cōtra mentem nostram et dicti Archidiaconi. de cuius fidelitate multum vt supradictum est cōfidimus. scandala aut abusus cōmitterent. Nos quorum intentionis existit vt omnia scandala semoueantur. et abusus quantū fieri possit obuietur Archidiacono ac alijs Commissarijs et surrogandis predictis sub excommunicationis late sententię pena districte precipiendo mandamus. ne a locis predictis recedere presumant/ anteq; scandala huiusmodi totaliter fuerint sublata. Eidem Archidiacono ac deputandis ab eo/ scdm eius ordinationem plenam facultatem cōcedentes huiusmodi scandala pmittentes etiā publice prout eis videbitur. puniendi. Nos tamur qd vniuersos et singulos Patriarchas Archiepos Epōs et alios

cuiuscunq; ecclesiastice vel mundane etiā Imperialis. Regalis. Reginalis Ducalis. Marchionalis aut alterius dignitatis. excellentie. peminentie. nobilitatis. status. gradus. ordinis vel cōditionis fuerint. vt pro huiusmodi fidei catholice. ac sanctissimi et pncessarij operis votius executione indulgentias et facultates predictas et earum transumpta portantes ea qua decet gratitudine pro dei reuerentia et honore recipiant et admittant/ ipsaq; litteras publicari. et in eis cōtenta fidelibus explicari et publicari faciant. ac eisdem pariter psuadere: vt occurrant fidei orthodoxe et crucis/ qua se signant quotidie oppressionibus. recepturi exinde palmam glorie/ quā pias causas agentibus Altissimus cōcedere cōsuevit. et sicut fauentes huic sancto operi exinde premia consequi poterunt. ita qui illis spretis/ presentes et alias lras pdictas vel earū transumpta. cum requisiti fuerint: ne in eorū ciuitatibus. terris. dioecibus. vel temporalibus dominis locis et ecclesijs publicentur. phibuerint vel alias impediuerint vel impediri aut malitiose differri mandauerint fecerint seu procurauerint. aut publicare in eorum ecclesijs intra missarum solennia malitiose distulerint. seu fidelibus ipsis ne ad premissa pia opera. oportuna suffragia porrigant: directe vel indirecte quomodolibet inhibere presumpserint. eos et eorum quemlibet excommunicationis sententia. a qua non nisi modo premissis absolui possint/ de nouo innodamus. Non obstantibus premissis ac felicis recordationis Bonifacij pape octauij predecessoris nostri vna per quā cōcessionis percipiendi fructus in absentia huiusmodi sine prehnitione temporis fieri prohibentur. ac alia qua canetur. ne quis extra ciuitatē et dioec. nisi in certis exceptis casibus. et in illis vltra vnā dietam a sine sue dioec. ad iudicium euocetur. seu ne iudices a sede deputati predicta extra ciuitatē et dioec. in quibus deputati fuerint. contra quoscunq; procedere: aut alij vel alijs vices suas cōmittere presumant. et de duabus dietis in cōcilio generali: ac alijs apostolicis. necnon in puincialibus et sinodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus cōstitutionibus et ordinationibus. qd q; persone beneficiate pdicte. q; simā in eisdem ecclesijs siue locis non fecerint residentia personalem cōsuetam. statutis quoq; et cōsuetudinibus ecclesiarū in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramento cōfirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis etiam si de illis seruandis. et non impetrandis litteris apostolicis cōtra ea. etiam ab alio vel alijs impetratis seu alio quouis modo concessis dicte persone beneficiati huiusmodi seruitijs insistentes per se vel procuratores suos prestiterint hactenus. vel in posterum eas prestare contigerit forsan iuramentum. aut si locorum ordinarijs vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim ab eadem sit sede cōcessum. vel in posterum concedi cōtingat. qd personas ecclesiarum. suarū ciuitatum et dioec. etiam in dignitatibus personatibus administrationibus vel officijs cōstitutis. per subtractionem proventuum suorum ecclesiasticorum aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem. Seu si prefatis ordinarijs ac dilectis filijs ecclesiarum predictarum Capitulis. vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a dicta sit sede indultum. vel medio tempore indulgeri contingat qd psonis ecclesiarū pdictarū etiā in dignitatibus personatibus administrationibus vel officijs cōstitutis. nō residentibus in eisdē fructus redditus et puentus

suorum beneficiorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur et ad id compelli, aut quod ipsi vel alij predicti interdicti suspendi vel excommunicari aut suis beneficiis priuari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibuslibet alijs privilegijs indulgentijs et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenor existant, ac quascumque clausulas etiam motus proprij et certe scientie, ac derogatoriarum derogatorias et alias fortiores et insolitas in se contineant, necnon quibusvis similibus vel dissimilibus aut aliarum quarumcumque indulgentiarum specialibus vel generalibus suspensionibus et revocationibus per nos aut sedem predictam, etiam ex quacumque causa vel ratione etiam si per quacumque expeditio contra ipsos perfidos Turcos factis vel faciendis, quibus omnibus illorum omnium ac derogatoriarum in eis insertarum clausularum tenores, etiam si de verbo ad verbum de eis mentio fieri deberet, et in illis caueretur expresse, quod per quascumque clausulas et derogationes eis non intelligeretur derogatum pro sufficienter expressis et insertis habentes, quo ad premissa specialiter et expresse motu et scientia similibus derogamus, ac indulgentias gratias et facultates predictas sub illis nequaquam comprehendendi volumus. Necnon omnibus illis que in alijs litteris predictis volumus non obviare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Proviso quod propter concessionem huiusmodi percipiendi fructus in absentia, beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequijs, et animarum cura in eis quibus illa imminet, nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum eorumdem presentibus necessaria congrue ministrantur, diligenter exerceatur, et deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Omnibus vero huiusmodi sancto et pio operi fauentibus nostram benedictionem in perpetuum elargimur. Ceterum quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca in quibus expeditis foret deferre, etiam volumus ac motu et scientia similibus decernimus, quod illarum transumptis manu publici notarii inde rogati subscriptis, et Sigillo Archidiaconi aut Commissariorum seu deputatorum prefatorum vel alij cuius prelati aut alterius persone ecclesiastice in dignitate constitute munitis, ea proorsus in iudicio et extra et alibi ubilibet fides adhibeatur que presentibus adhiberetur si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis statuti ordinationis aduocationis extinctionis impositionis suspensionis ratificationis concessionis hortationis rogationis precepti mandati relaxationis innodationis derogationis elargitionis et decreti infringere vel ei vsu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo octuagesimo octauo. Decimo septimo kal. Ianuarij Pontificatus nostri Anno quinto.



